NÚM. 28 Jueves 13 de Julio de 1899 AÑO XLVII

BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON

E. S. R. UNIV. INQUISITIONE

Absolvi potest a casibus S. Sedi reservatis, sine obligatione mittendi epistolam ad S. Poenit. quando neque confessarius, neque poenitens talem epist mittere possunt (1).

BEATISSIME PATER:

Sacerdos N. N. ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, sequentium dubiorum solutionem humiliter efflagitat:

I. Utrum decretum S. R. et U. Inquisitionis datum sub die 23 Iunii 1886 intelligendum sit tantum de iis qui *corporaliter* S. Sedem adire nequeunt; vel etiam de iis, qui *ne per litteras quidem per se, neque per confessarium*, ad S. Sedem recurrere valent?

II. Et quatenus decretum praedictum extendi debeat etiam ad eos, qui ne per litteras quidem ad S. Sedem recurrere valent, quomodo se gerere debeat Confessarius?

Et Deus etc.

Feria IV, die 9 *Novembris* 1898

In Congregatione Generali coram EEmis ac RRmis DD. Cardenalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque

(1) Verificari potest casus v. g. tempore Missionis, vel exercitiorum spiritualium quae a sacerdotibus extraneis praebentur, qui abire debent quin expectare possint responsionem. S. Poenit. nec poenitens sciat scribere, vel impediatur ne scribere possit.

RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I et II. Quando neque confessarius neque poenitens epistolam ad S. Poenitentiariam mittere possunt, et durum sit poenitenti adire alium confessarium, in hoc casu liceat confessario poenitentem absolvere etiam a casibus S. Sedi reservatis absque onere mittendi epistolam, facto verbo cum SSmo.

Sequenti vero sabbato die 12 ejusdem mensis et anni in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adsessori impertita, SSmus. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. Mancini S. R. et U. *Inquis. Not.*

Ordinarius nequit concedere parochis licentiam assistendi matrimoniis eorum qui quamvis diu in dioecesi versati sint, tamen in nulla parochia domicilium vel quasi dom. acquisierunt, nisi agatur de vagis;—licentiam generaliter concedere potest tum parocho actualis domicilii, tum parocho anterioris, per tres menses a die discessus nupturientium.

Infrascriptus Archiepiscopus N. N. Supremae S. R. et Univ. Inquisitionis Congregationi sequentia dubia proponit, ut securius in administranda Dioecesi officium suum adimpleat.

I. In hac magna Civitate N., quo undique concurrunt, homines variae conditionis, frequenter a multis domicilium mutatur. Reperiuntur praesertim famuli qui nunc apud unam familiam degunt, nunc apud alteram, ita ut in nulla parochia domicilium vel quasi domicilium acquirant. Venerunt quidem, in dictam civitatem N. ut ibidem commemorentur ad sustentationem quaerendam, et revera in Dioecesi N. habitant per majorem anni partem, vel etiam per plures annos, ita ut si non acquirant domicilium aut quasi domicilium in hac vel illa parochia, ob frecuentem mutationem habitationis, dici possunt habere domicilium in Dioecesi, quo venerunt ad habitandum in perpetuum vel saltem ad longum tempus.

Quum autem agatur de matrimonio contrahendo ab illis,

hactenus Archiepiscopus existimavit suos esse subjectos et posse delegare, ad matrimonium celebrandum, Rectorem, parochiae, ubi de facto habitant, dummodo in Dioecesi versati fuerint per tempus sufficiens ad constituendum domicilium vel quasi domicilium, sive nullum aliud domicilium extra Dioecesim N. habeant, sive adhuc conservent alibi aliquod domicilium, v. g. paternum vel fraternum in loco, unde oriundi.

His ultimis temporibus, nonnulli Canonistae dubitarunt utrum commoratio in Dioecesi sufficeret ad matrimonium, quando non acquiritur domicilium vel quasi domicilium in aliqua parochia determinata.

Quaerit igitur Archiepiscopus utrum recte se gerat in delegandis parochis suae Dioecesis, ad matrimonium eorum qui reperiuntur in circumstantiis supra expositis.

II. Frequenter evenit in hac Civitate N. ut quis, nuptiis jam paratis in Parochia ubi domicilium vel quasi domicilium habet, aliquot dies ante matrimonium, transit ad aliam parochiam, sive habitando apud amicum, vel in aliquo diversorio usque ad nuptias; sive in domo ubi proponi habitare post matrimonium.

Res ita se habent frequenter pro famulis et famulabus; attamen bona fide celebrant suum matrimonium in parochia prioris domicilii, parocho inscio discessus eorum.

Ad praecavendam nullitatem matrimoniorum quae fiunt hoc modo, Archiepiscopus generali statuto edixit liberum esse suis Dioecesanis matrimonium contrahere sive coram parocho actualis domicilii, sive coram parocho domicilii anterioris per tres menses a die discessus eorum; declarando se delegationem necessariam utrique parocho concedere. Sedulo autem voluit parochos monitos hoc statutum tantum valere pro iis qui in Dioecesi N. commorari non desierint; non vero pro iis qui e Dioecesi N. egressi in Dioeceses vicinas sese contulerant ante matrimonium.

Feria IV, dia 9 *Novembris* 1898

In Congregatione Generali coram EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus

habita, propositis suprascriptis dubiis, iisque maturrime discussis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I. Reformato dubio: An Ordinarius parochis licentiam concedere possit assistendi matrimoniis eorum, qui diu in dioecesi versati sunt, sed in nulla paroecia domicilium, vel quasi domicilium acquisierunt?

Resp. Negative; nisi diligenti inquisitione facta, constet eos, de quibus est quaestio, neque in civitate N., neque alibi, in nulla paroecia verum vel quasi domicilium canonicum habere; sed esse vagos.

Ad II. Reformato dubio: An licentiam generaliter Ordinarius concedere possit, tum parocho actualis domicilii contrahentium, tum parocho anterioris, per tres menses a die discessus eorum?

Resp. Archiepiscopus utatur jure suo, prae oculis habita responsione S C. Concilii in causa Coloniensi de die 18 *Martii* **1893** (1).

---

(1) Hujusce Decreti momentum nullus est qui non videat. In priori Dubii parte solvitur quaestio utrum sufficiat pro contrahendo matrimonio domicilium vel quasi domicilium in Dioecesi, vel absolute haberi debeat in aliqua parochia. Putabant nonnulli DD. sufficere domicilium in Dioecesi, quia quum Episcopus sit parochorum parochus, si sufficit pro matr ut quis subditus sit parochi, a fortiori sufficere praesumitur si quis sit Episcopis subditus. Sed hoc non valet relate ad matrimonium. Tridentinum enim praescripsit ut celebraretur hoc sacramentum *coram proprio parocho*, non autem *coram proprio Episcopo*. Et ideo domicilium acquiri debet in determinata aliqua parochia. Non enim sufficit ut quis per majorem anni partem vagaverit intra fines Dioeceseos per plures parochias, retinens domicilium in alio loco. Et quamvis Episcopus sit parochorum parochus (et ideo delegare potest pro matr. etiam alios parochos) domicilium acquiri debet penes parochum. Et tunc solum Episcopus alios pro matrimonio delegare potest, quando domicilium fuerit hoc modo acquisitum. De cetero etiam a lege civili requiritur domicilium in aliquo municipio, non autem in aliqua Provincia.

Maxime attendenda venit etiam posterior Decreti pars. Haud infrequenter evenit ut quis domicilium habens in una parochia, vult illud transferre in aliam, et de facto in illam sese transfert. Sed quum in priori jam proclamationes factae sin aliaeque formalitates, cupit in eadem contrahere: Parochus autem ignorans mutationem domicilii

Sequenti vero sabbato die 12 Novembris ejusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adsessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. CAN. MANCINI, S. *R. et U. Inquis Not.*

PATRONATO DE LA NIÑEZ ESCOLAR

DEL SAGRADO CORAZÓN DE JESÚS

(CONCLUSIÓN)

El Secretario

Art. 31. El Secretario tendrá un libro de actas y otro donde inscriba á los sócios por separado según la clase á que pertenezcan, y con expresion de la fecha en que invistieron el distintivo.

El Tesorero

Art. 32. El Tesorero custodiará los fondos de la Asociación, llevando nota exacta de las entradas y salidas. Recibirá del colector las cuotas de los sócios protectores, y los donativos que por cualquier concepto se hicieren á la Asociación, expresando su procedencia. No podrá invertir cantidad alguna sin el prévio consentimiento del Director.

Patronos

Art. 33. Los sócios alumnos, á más de estar como todos los individuos de esta Asociación, colocados bajo la tutela y protección del Corazón Sacratísimo de Jesús, la Inmaculada Concepción y el Patriarca San José, tienen por patrono especial, los niños á San Luis Gonzaga y las niñas á Santa Teresa de Jesús.

FÓRMULA PARA INVESTIR EL DISTINTIVO DE LA ASOCIACIÓN

Para Maestros y Auxiliares

El maestro arrodillado, á ser fácil, delante de una imagen del Corazón Sacratísimo de Jesús, será preguntado por el Direc-

assistit matrimonio, quod nullum est quia cum animo eligendi domicilium in aliquo loco, sufficit unius diei commemoratio ut quis subditus sit parochi novi, coram quo non autem priori, contrahi debet. Optime potest Epus generaliter delegare in hoc casu parochos prioris domicilii sponsorum, ad mentem resolutionis S. C. Conc. in una *Colonien.* Et ita praxis probata a S. C. Conc. iterum consecratur a S. O.

tor si libre y expontáneamente quiere obligarse á cumplir con fidelidad, mientras le fuere posible, con las dos únicas obligaciones que le impone esta Asociación; y contestando afirmativamente, el maestro leerá, ó el Director le hará repetir frase por frase el siguiente

Acto de Consagración

Señor y Dios mío; postrado en vuestra divina presencia, consagro á vuestro Corazón Sacratísimo mi (título y profesión de maestro) ó (cargo de auxiliar de maestro) de niños y deseo que mi escuela (sea) ó (continúe) inscrita entre las que forman la Asociación del PATRONATO DE LA NIÑEZ ESCOLAR DEL SAGRADO CORAZÓN DE JESÚS y puesto que Vos sois el principio y fuente de todo saber y de toda ciencia, os suplico iluminéis mi entendimiento para que ningún género de error pueda nunca oscurecerlo ni desviarlo del camino de la verdad y del bien que conduce á Vos. Yo os prometo, amantísimo Jesús, ser fiel á vuestras instrucciones y no enseñar á estos inocentes niños, sino lo que es conforme á las doctrinas de nuestra Madre la Iglesia Católica Apostólica Romana A ello me obligo formalmente; dadme vuestra gracia para cumplirlo con fidelidad. Amén.

Acto seguido el sacerdote le impone la medalla diciendo:

Accipe signum Congregationis nostrae ad cordis et mentis defensionem; ut divinae bonitatis gratia, ope Virginis Immaculatae Ejusque Sancti Sponsi et protectione (Sancti Aloysii Gonzae) in feminis (Sanctae Teresiae a Jesu), (sanam discere scentiam) vel (sana docere scientiarum rudimenta) amorem Cordis Jesu imitari, et vitam aeternam consequi merearis. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ✠ Amen.

Fórmula para investir el distintivo á los niños

El sacerdote.—Decidme, niños: ¿queréis de todas veras ser Amiguitos del Niño Jesús?

Los niños.—Sí, Padre.

El sacerdote.—Ya sabéis que los amigos verdaderos se aman mucho, procuran verse y hablarse con frecuencia, se hacen visitas y regalos y celebran mútuamente banquetes; ¿vosotros queréis hacer todo esto con el divino Niño Jesús?—Sí, Padre.—¿Prometéis recibir los santos sacramentos con la frecuencia que corresponda á la sección que pertenezcáis?

—Sí, Padre.

—Consagraos ahora al Corazón Sacratísimo de Jesús. (Y frase por frase les hace repetir el siguiente acto de consagración y pronuncia la fórmula latina anterior *mutatis mutandis.*)

Acto de consagración para los niños

Dulcísimo Jesús: postrado en vuestro acatamiento, me entrego á vuestro Sagrado Corazón, y ya que os habéis dignado admitirme en esta piadosa Asociación, os ruego déis luz á mi tierna inteligencia y docilidad á mi corazón de niño para conocer vuestras divinas enseñanzas y practicar las virtudes de que sois perfectísimo modelo. Yo os prometo, Dios mío, no aprender sino aquello que enseña la Santa Iglesia Católica, Apostólica, Romana; ni practicar sino lo que esta santa Madre nos manda practicar.

A ello me obligo formalmente; ayudadme con vuestra gracia para cumplirlo en todo tiempo. Amén.

Acto de consagración que han de hacer los sócios protectores para ser admitidos definitivamente en la Asociación

Rendido á vuestros piés, dulcísimo Jesús mío, os suplico aceptéis la promesa que os hago en este momento, y por todos los días de mi vida, de protejer y propagar el *Patronato de la Niñez Escolar*, Asociación consagrada á vuestro Corazón Sacratísimo.

Haced, Señor, que nunca olvide las muestras evidentes del especial cariño con que amáis á los niños; que no me haga insensible al grave peligro que corre la fé de la niñez; que siempre abomine las prácticas inventadas para corromper la pureza de costumbres en tan tierna edad; á fin de que, doblemente movido, por la grandeza del amor que Vos les tenéis, y el riesgo de los escándalos con que pueden tropezar, haga cuanto esté demi parte para que las nuevas generaciones comiencen por gustar las dulzuras de vuestro Corazón amabilísimo, salven siempre los peligros de que está sembrada la carrera de la vida, y acaben por reinar en Vos por los siglos de los *siglos*. Amén.

Este Reglamento ha sido aprobado por el Excmo. Sr. Arzobispo de esta Diócesis de Valencia, en 19 de Mayo de 1893, y con arreglo al art. 16, en 2 de Junio del mismo año nombró, para formar el Consejo Diocesano, los señores que contituyen la Junta Directiva de la Congregación Sacerdotal de la Inmaculada Concepción.

Suscripción *abierta en el Obispado de León para atender á las apremiantes necesidades de la Santa Sede.*

	Rs.	Cs.
Suma anterior........	9.323	53
El Sr. Arcipreste y Párroco de Villamuñío..........	16	»
El Párroco de Villaquilambre..........	20	»
De Barcial de La Loma..........	32	»
El Sr. Arcipreste y Párroco de Santa Olaja de la Acción..........	24	»
D. Sandalio de los Ríos..........	46	»
D.ª Joaquina López..........	10	»
D. Zoilo Ovejero..........	4	»
El Ecónomo de Valdesad de los Oteros..........	8	»
El Ecónomo y feligreses de Arintero..........	36	»
El Párroco de Barrio de Nuestra Señora..........	28	»
El Párroco de Vega de Infanzones..........	20	»
El Párroco de Vega (San Juan)..........	20	»
El Párroco de Relea..........	20	»
Un devoto de Villacé por Abril..........	20	»
D. Santiago Tejedor, Párroco de Muñeca..........	64	»
El Párroco de los Villaverdes de Torío..........	12	»
El Ecónomo y algunos feligreses de Villahibiera..........	16	»
El Párroco de Javares..........	20	»
Un devoto del Papa..........	12	»
De Sahelices de Sabero..........	12	»
D.ª Valentina Martínez García, vecina que fué de León..........	200	»
El Párroco de Castellanos..........	16	»
El Ecónomo y feligreses de Valle de Mansilla..........	31	»
El Párroco de Arenillas de San Pelayo..........	20	»
El Ecónomo de Arenillas de Nuño Pérez..........	4	»
El Párroco de Utrero..........	10	»
Un devoto de Villacé por Mayo..........	20	»
El Párroco y feligreses de San Pedro de la Unión, según lista..........	100	»
El Párroco, 70 rs. Victorina de Santiago, 10,60. Marcelo Ramos, 6. Hermenegildo Ramos, 4. Eustoquia Ramos, 4. Exuperio Diez, 4. Pedro Alvarez, 1. Josefa Rubio, 0,40.		
El Párroco de San Pedro de Aguilar de Campos y dos personas piadosas.	56	»
D.ª Carmen Villalobos..........	4	»
El Párroco de San Miguel de Vecilla de Valderaduey..........	20	»
Un devoto..........	12	»
Suma total..........	10.256	53

Imp. Enc. y Lib. de Miñón.